



Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum ipsa reuelatio prophetica fiat per influentiam aliquarum specierum,
vel per solam influentiam luminis? 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

490 QVÆST. CLXXIII. ART. I
dicit in 4.cap.cœlest.Hierar.de visionibus propheticis
loquens, quod sapiens theologus visionem illam dicere
esse diuinam, quæ sit per similitudinem rerum forma
corporali carentium ex reducione videntium in di-
uina. Et huiusmodi similitudines diuino lumine illu-
stratæ magis diabent rationem speculi, quam Dei es-
sencia. Nam in speculo resultant species in aliorebus,
quod non potest dici de Deo. Sed huiusmodi illu-
stratio mentis propheticæ potest dici speculum, in qua
eum resultantib[us] similitudo veritatis diuinæ præce-
tæ. Et propriè hoc dicitur speculum æternitatis qui
repræsentans Dei præscientiam, qui in sua æternitas
omnia præsentialiter videt, ut dictum est.

Ad primū ergo dicendum, quod propheta dicit
in spicere in libro præscientiæ Dei, in quantum
ex ipsa præscientia Dei resultat veritas in membra
prophetæ.

Ad secundum dicendum, quod in prima veritate dicitur
homo videre propriam formam qua existit, et
quantum primæ veritatis similitudo resulget in mem-
bra humana, ex qua anima habet, quod seipsum
cognoscet.

Ad tertium dicendum, quod ex hoc ipso quod
Deo futura contingentia sunt secundum immo-
veritatem, potest imprimere menti prophetæ
memoriam cognitionem, absque eo quod propheta dicit
per essentiam videantur.

ARTIC. II.

825 Vtrum in propheticâ reuelatione imprimantur
3. cont. c. nitus menti propheta nouæ rerum species; ut
154 co. 1. so um nouum lumen?
Et ver. q.
1. ar. 7.
* in prin. A D secundum sic proceditur. Viderunt, quod in
commen- tarij ad i. Propheticâ reuelatione non imprimantur
c. Amos, rerum species, sed solum
go. 6. lumen, quia sicut dicit * glossa Hierony. Ans.
Glossa Hierony. Ans. Prophetae viuntur similitudinibus rerum in quibus
versati sunt. Sed si visio prophetica fieret per aliquas
species de novo impressas, nihil operaretur. In pro-
cedere.

QVÆST. CLXXXIII. ART. II. 491
ctiens conuersatio. Ergo non imprimuntur aliquæ
species de nouo in animam prophetæ, sed solum pro-
pheticum lumen.

¶ 2 Præterea, Sicut * August dicit 12. super Gen. 1.12. c. 9.
ad litteram, Visio imaginaria non facit prophetam, to 3.
sed solum visio intellectualis. Vnde etiam Dan. 10. di-
citur, quod intelligentia opus est in visione. Sed visio
intellectualis, sicut in eodem lib. dicitur, non sit per
aliquas similitudines, sed per ipsam rerum veritatem.
Ergo videtur quod propheticæ reuelatio non sit per
impressionem aliquarum specierum.

¶ 3 Præterea, Per donum prophetæ Spiritus san-
ctus exhibet homini id quod est supra facultatem na-
ture humanae. Sed formare quascumque rerum species
potest homo ex facultate naturali. Ergo videtur quod
in propheticæ reuelatione non infundatur aliqua re-
rum species, sed solum intelligibile lumen.

Sed contra est, quod dicitur Osee 12. Ego vi-
siones multiplicavi eis, & in manibus prophetarum
assimilatus sum. Sed multiplicatio visionum non sit
secundum lumen intelligibile, quod est commune
in omni propheticæ visione, sed solum secundum di-
ueritatem specierum, secundum quas etiam est assimi-
latio. Ergo videtur quod in propheticæ reuelatione
imprimantur nouæ species rerum, & non solum in cl-
ligibile lumen.

R E S P O N D E O dicendum, quod sicut * Au-
gustinus dicit 12 super Genes. ad litteram, Cognitio
propheticæ maximè ad mentem pertinet. Circa co-
gnitionem autem humanae mentis duo oportet consi-
derare, scilicet ^{cir. prim.} ^{1.12. c. 9.} ^{to. 3.} ~~re~~ceptionem siue representationem
rerum, & iudicium de rebus representatis. Quando
autem representantur menti humanae res aliquæ secun-
dom alias species & secundum naturæ ordinem: pri-
mo oportet quod species represententur sensui: secun-
dum imaginationi: tertio, intellectui possibili, qui im-
punitur à speciebusphantasmatum secundum illustra-
tionem intellectus agentis. In imaginatione autem nō
solum

solum sunt formæ rerum sensibilium, secundum quæ accipiuntur à sensu: sed transmutantur diversimodo, vel propter aliquam transmutationem corporalem, sicut accidit in dormientibus & furiosis: vel etiam secundum imperium rationis disponuntur phantasmatæ in ordine ad id quod est intelligendum. Hoc enim ex diversa ordinazione caruandæ litterarum recognoscuntur diversi intellectus: ita etiam secundum diversam dispositionem phantasmatum resultant in intellectu diversæ species intelligibiles. Iudicium autem humanæ mentis sit secundum vim intellectualis lucis. Per donum autem prophetæ conferatur aliquid humanæ menti supra id quod pertinet ad naturalem intelligentiam, quantum ad utrumque, scilicet & quantum iudicium, per influxum luminis intellectualis, & quantum ad acceptiōnem seu representationem rerum, quæ fit per alias species. Et quantum ad hoc secundum potest assimilari doctrina humana revelationis prophetæ, non autem quantum ad primum. Homo cum suo discipulo representat alias res per signationem, non autem potest interius illuminare, nisi facit Deus. Horum autem duorum principalius est primum in prophetæ, quia iudicium est completio cognitionis. Et ideo si cui fiat diuinus representatione aliquarum rerum per similitudines imaginis Pharaoni & Nabuchodonosor, aut etiam per figuræ corporales, vñ Balthasar: non est talis conditio propheta, nisi illuminetur eius mens ad iudicium. Sed talis apparitio est quiddam imperfectione genere prophetæ. Vnde à quibusdam vocatur prophetæ, sicut & diuinatio somniorum. Erat autem propheta, si solummodo intellectus eius illuminatus ad diiudicandum, etiam ea quæ ab alijs imaginibus sunt: ut patet de Ioseph, qui exposuit somniorum rationis. Sed sicut * Aug. dicit 12. super Genes. Alteram, maximè propheta est, & qui utroque procedit, ut scilicet videat in spiritu corporalium rerum significatiuas similitudines, & eas viuacitate mentis intel-

1. 12. c. 9.
in med.
60. 3.

intelligat. Representantur autem diuinitus menti prophetæ, quandoque quidem mediante sensu, extensis quædam formæ sensibiles, sicut Daniel vidit scripturam parietis, ut legitur Dan. 5, quandoque autem per formam imaginariæ, siue omnino diuinitus impressas, non per sensum acceptas, (puta si alicui cœco nato invenirentur in imaginatione colorum similitudines) vel etiam diuinitus ordinatas ex his quæ à sensibus sunt acceptæ: sicut Hieremias vidit ollam succensam a facie aquilonis, ut habetur Hierem. 1, siue etiam imprimendo species intelligibiles ipsi mente: sicut patet de his qui accipiunt scientiam vel sapientiam insusam, sicut Salomon & Apostoli. Lumen autem intelligibile quandoque quidem imprimitur menti humanæ diuinitus, ad diuidicandum ea quæ ab alijs visa sunt: sicut * dicitum est de Ioseph, & sic patet de Apostolis, quibus dominus aperuit sensum, ut intellegent scripturas, ut dicitur Luc. 24. Et ad hoc pertinet interpretatio sermonum. Siue etiam ad diuidicandum secundum diuinam veritatem, ea quæ cursu naturali homo apprehendit. Siue etiam ad diuidicandum veraciter & efficaciter ea quæ agenda sunt, secundum illud Ilaïa 63. Spiritus domini ductor eius fuit. Sic igitur patet quod prophætica reuelatio quandoque quidem sit per solam luminis influentiam: quandoque autem per species de nouo impressas vel aliter ordinatas.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut * dicitum, in co. ap. 10, quandoque in prophætica reuelatione diuinitus ordinantur species imaginariæ præcepit à sensu secundum congruentiam ad veritatem reuelandam. Et tunc conueratio præcedens aliquid operatur ad ipsas similitudines, non autem quando totaliter ab exercito imprimuntur.

Ad secundum dicendum, quod visio intellectualis non sit secundum aliquas similitudines corporales & individuales: sit tamen secundum aliquam similitudinem

in isto 2.

19 c 11. dinem intelligibilem. Vnde * August. dicit 9. de Trin.
in princ. quod haber animus nonnullam specie notæ similitudinem.

tom. 3. Quæ quidem similitudo intelligibilis in scu-
latione prophetica quandoque immediatè à Deum
primitur & quandoque à formis imaginatis resulet se-
cundum adiutorium prophetici luminis: qui certe
dem formis imaginatis subtilior conspicitur natus

secundum illustrationem altioris luminis.
Ad tertium dicendum, quod, quæcumque forma
imaginata naturali virtute homo potest formati-
solue huiusmodi formas considerando: non tan-
vi sint ordinatae ad representandas intelligibili-
tates, quæ hominis intellectum excedunt, sed alio
necessarium est auxilium supernaturalis luminis.

ARTIC. III.

*Virum visio prophetica semper fiat cum abstractione
à sensibus?*

826
ver. q. 12
art. 9.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod visio pro-
phetica semper fiat cum abstractione à sensibus.
Dicitur enim Num. 12. Si quis fuerit inter vos proprie-
ta Domini, in visione appa'bo ei, vel per somnia
in gl. or. loquar ad illum. Sed sicut * Gloss. dicit in præcep-
tione psalterij, Visio quæ est per somnia & visiones
per protolo videntur dici, vel fieri, quæ non dicuntur, vel fi-
gum Hie alienatio à sensibus. Ergo prophetia semper fit
aliagatione à sensibus.

¶ 2 Præterea, Quando una virtus multum audi-
ditur in operatione sua, alia potentia abstrahitur a
actu: sicut illi qui vehementer intendunt ad aliud
audiendum, non percipiunt visu ea quæ coram i-
sunt. Sed in visione prophetica est maximè insolu-
lus eleuatus, & intenditur in suo actu. Ergo visio
quod semper fiat cum abstractione à sensibus.

¶ 3 Præterea, impossibile est idem simul op-
positas partes conueriri. Sed in visione prophetica
mens conuertitur ad accipendum à superiori. Ergo
non potest simul conuerti ad sensibilia. Necesse